

15^o Loven, Carolus Philippus: *Positiones theoreti-
cæ et practicæ et causa*

16^o Meyer, Iacobus Henricus: *De comitiis imperii
universalibus, quoque causa efficacitate, salvo
et materia.*

1719.

1. Ambrosius, Georg Fid.: De bonis maternis

2^a. Dicelius, Benedictus Hieronymus: De canonicis hereditatis.

2^b. 3^a. Faclerus, Henricus Philippus: De taxa feodalium.
3^b. 4^a. 5^b.

F. Franckenstein, Jacob Augustus: De usu albinagii in
Germannia. 3 Bvpl. 1719, 1731 & 1748.

6^a. Litter, Jakob Heinrich: De eo, quod iustum et iugitum

est circa transactio[n]es positiones theatrae - predictae et causae.

6^b. 7. Spret, Joannes Philippus, Facult. iuridicae Decanus 1. b. s.

(ex disputacionum in ang. Joh. Martini Appellii iuris) .

8. Spret, Joannes Philippus: Dissertation in ang. iuridica
etiam proposita agrotanthium.

9. Spret, Joannes Philippus: Disputatio in ang. iuridica
proponens questiones forenses.

10. Spret, Joannes Philippus: De observanda iustitia et iudicio
paternam aequalitate.

1719.


11. Tengell, Emeter, Facult. iuridicae Decanus b.t.s (ad
Dissertationem in ang. Angusti Charkiani Emelii invitata)
12. ^aTengellius, Emeterus: Programma inaugurate ipsius —
invitatus ad . . . Dissertationem in ang. . . Beneficis
Hieron. Cicelii & Fr. ius. Decani: Programma: De juri naturali
- 12^b ^cTengell, Emeterus Fac. ius. Decanus: Programma: De juri naturali
imperiale. Dissertatio in Angusti Charkiani programmatum.
13. Tengellius, Emeterus: De Beneficio competenti al
14. Tengell, Emeterus, et Facult. iuridicae Decanus . . .
ad Dissertationem in ang. . . Facult. Angusti Franchi 2
M. . . invitat.
15. ¹⁶ Tengell, Emeterus: Deco, quod instrumentum circu
prato solo Wiesen-Art. 2 Sept. 1719: 6747
17. Tengellius, Emeterus: Positiones Morales-practicas
et canonico-civiles.
18. Tengell, Emeterus, Facult. iuridicae Decanus: ad lectionem
... cursonum . . . a Profs. Phil. Licenio habendum invitata.

19. Tenuellos, Emestos: De necessaria legum cointinuen-
tia universalitate et in ea arbitrio aequitate.
20. Member, Emestos, Facult. iuris cae Decanus: ad lectio-
nem necessaria legum cointinuen-
tia universalitate et in ea arbitrio aequitate.
21. Tenuell, Emestos: De stigmatis in facie.
22. Tenuell, Emestos: De injuria uocearum
activa et passiva.
- 23^o. Tenuell, Emestos: Facult. iuris cae Decanus: Progymna-
stica, quoq; iuris actis et passivis.
Dissertationem inq. a
lectio et passiva.
Joh. Heinrich Schmitz ... dabo deam.
24. Tenuell, Emestos, Facult. iuris cae Decanus: ad mutationem
in q; Evans locobi Jer'skeli ... iuris actis.
25. Tenuell, Emestos: De usurpcionibus et praescriptionibus.

26. Tongelq, Grueter, Facult. iuri diccae decanus far lectionem
Solomon a ... Georgii Amandi Zemmeri. ^{halidam} Diu tota f
1720.
1. Haes, Conradus Ferdinandus: De jure decimarii.
2. Harold, Hugo Frans, Facult., iuri diccae decanus: b.l.s.
(ad Disputationem in my. Thom. Galli Saylori invitata)
3. Harold, Hugo Frans, Facult., iuri diccae decanus b.l.s.
ad Disputationem in my. Ferdinandi Wageneri invitata).
4. Harold, Hugo Frans: De caheratatione conjugium.
5. Harold, Hugo Frans: De officiis et potestate praes-
satis provinciarum.
6. Harold, Hugo Frans: De incertis praescriptionibus
7. Schnecke, Henricus Melchior: De jure Savarensi ejusque
et juris cinctis collatione in successione ab interstatu

8. Tengelin, Ernestus: De processu insertionis in foro
lexorien.
9. Tengelin, Ernestus, Facult. iuris dicac decanus: et Thesis.
fationem in aug. Johanni Christiani Esselborgeri
inventas.
- 10th. Tengelin, Ernestus: De cura mortali. Verles
theologischer Vorlesungstricht. 7 Decemb 1730 - 1753
11. Tengelin, Ernestus, Facult. iuris dicac decanus et
- - - dissertationem in aug. Joh. Chr.
Liano Lampre . . . habentem . . . inventas.
12. Tengelin, Ernestus: Mortalis in aug. iuris dicta,
sistens, decanum questionem iuris dicacum theorico-
practicarum.
13. Tengelin, Ernestus, Facult. iuris dicac decanus: et Thesis.
fationem in aug. Johanni Christiani Zimmermanni inventas.

14. Trüber, Joannes Philippus: De auctore, gratianus
designat personam, a qua aliquis accepimus -
15. Wengenauer, Dr. Sylvester: De legitima principio
cum i. n. applicatione
16. Zinckius, Georgius Herwarth: De receptione in
Capitulum etc.



1719
DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS,
DE
BONIS
MATERNIS,

QVAM,
DEO TER OPTIMO MAXIMO CLEMENTER
ADJUVANTE
AC

*ANNUENTE NOBILISSIMO ET AMPLIS-
SIMO JURISCONSULTORUM COLLEGIO IN ALMA AC
PERANTIQUA ACADEMIA ELECTORALI ERFURTENSI*

PRO LICENTIA

SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES ET PRIVI-
LEGIA DOCTORALIA RITE ET SOLENNITER
CONSEQUENDI,

IN AUDITORIO JCTORUM MAJORI,
AD DIEM III. MAJI M DCC XIX.

HORIS CONVENTIS.

PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI
SURMITTIT

AUCTOR ET RESPONDENS

GEORG. FRID. AMBROSIIUS,
HASSO-SMALCALDENSI IBIDEMQUE PRACTICUS.

ERFORDIÆ, Typis JOHANNIS HENRICI GROSCHII, Academia Typographi.

DILEXIT TIBI IUSTITIA IN VINCIBR ALIS

DE
BONIFACIO
MATERIALE

EDIDIT OLEO MARMORIS CANTAB.
AD MARCHANDIS



J. N. D. N. J. C.

PRÆLOQUIUM.

B. L. S.



On est L. B. quod prolixiori verborum ambage de materiæ Disputationis tum præstantia tum utilitate quam certè in foro habet maximam hic late differere vellemus , his enim & horum similibus res per se , vel quam notissima non indiget , hinc bono vendibili indignam judicavimus hæderam. Quod res igitur est & instituti nostri ratio , dicam. Diu, fateor , per fastum juris campum in eligendo themate quo piam vel non ità vulgari vel eo saltem unde aliqualis in publicum retundare posset utilitas , uti iplerique eorum quos in conscribenda Disputatione inaugurali cura habet , facere solent oberravi , fateor inquam , atque miratus sum , dum ante hac de themate sollicitus fuerim , quod admodum manu nunc innumeræ ferè ex utroque jure se

A

se

¶ (2) ¶

se offerant materiae disquisitioni tam dignae quam
quae dignissimae. Sic primitus occasione Disputa-
tionis illius celeberrimae non ita diu evulgatae,
DE INCERTITUDINE JURIS, de ejusdem **CER-**
TUDINE in conscribendis quibusdam pagellis,
umeres meos quid valeant, quid ferre recusent,
tentare decrevi, maximè, cum plurimi vel ex
præjudicio quopiam Authoritatis quam de se ha-
bent, vel ex ingenii imbecillitate, praxin juris,
si non planè contemnunt, ad minimum tòrvis in-
tueantur oculis, ea præoccupati falsa sententia ut
quicquid de hoc vel illo juris capite sentiant, ex Tri-
pode quaś, vel quod ipse dixerit, dixisse credant,
unde evenire solet, quod ex perverso illo principio,
jus incertum esse, & dehinc quicquid velis de
eo sentire impunè licere plurimi sibi persuasum ha-
beant se & Advocati & Judicis provinciam subire
posse, tot Rabelæ evadere soleant, idque cum
clientium detrimento ut cum maximo.

Noluimus autem crabrones irritare, & ob id præ-
fens prætermissimus thema, atq; aliud de **ODIOSIS**
fidelicet ET FAVORABILIBUS JURIS pro Cathe-
dra defendere constitueramus, quod tamen & paulo
post iterum vel exinde displicuit, quod ultra crepi-
dam, dum illud ad scholam potius quam ad forū per-
tinere credidimus, nosterique instituti ratio illud
in scenam producere non permittat, nobis non
excurrendum sit putaverimus, quod aliud & qui-
dem hoc quod primum in foro defendimus de **JU-**
RE OFFERENDI exceptit, illudq; in tantū arripui-
mus,

mus, dum studia nostra foro consecraverimus quod quidem materiam æri nostro accommodatam eligere vellemus, illius tamen loco de jure offerendi, præsens quod hisce pagellis comprehensum vides thema de BONIS MATERNIS se commendavit, nobisque vel exinde arriduit in eo vires nostras exercitare, cum tota die in judiciis pupillos & minores de suis maternis conqueri audiamus, lugubreque sit avita bona in alienis manibus videre, pauciores tamen occurrant Auctores, qui ex professo hanc tractavere materiam, præprimis dum hodiernis moribus & ex plurimorum usu locorum & consuetudine quod maximè per Hassiæ Landgraviatum invaluit matres dimidiatatem constante matrimonio honorum acquisitorum desiderare videamus, quod certo quidem respectu æquitati convenit suoque non caret fundamento, modò consuetudinaria illa lex non ultra finem legislatoris in odium liberorum sæpius extendatur. Percurre igitur L. B. quantum per temporis penuriam tibi licet, & graviora negotia permittunt pagellas hasce inaugurales, & si quid in iis deprehenderis quod Tibi prodesse poterit, eo utere, cæterum si minus quam pars est de materiae amplitudine citra voluntatem nostram nos sensisse compieris, nihil ex omni parte beatum, hominesque cum simus humani nihil à nobis alienum crede, vale.

Sicut complures quos patria potestas post se trahit juris effectus , non minimus est jus acquirendi per filios , quod pater habet , & olim quidem atque adeo extendebat quod omnia patri pariter acquirabantur per filios sine ulla rerum exceptione & distinctione , adeo quidem , ut ne momento uno in filiorum persona confittere dicatur , quod per eos acquiritur *l. placet. ff. de acq hered. 3. per quas pers. nob. acquir.* Sed re publica sub Principum potestatem redacta , primum separari bona in castris acquisita ceperunt , in quibus nullum jus patri esse principes voluerunt , ita ut filius in his bonis dicatur pater familias *l. 2. in fin. ff. ad S. C. Mated.* quare & de iis testari , & disponere pro arbitrio suo potest . Ad cujas similitudinem idem potesta privilegium datum est in iis bonis , quæ filii familias opera forensi sibi acquirunt in militia scilicet tota . *l. ult. C. de Inoffic. Testam.* Et sic in cæteris bonis successu temporis patria potestas magis magisque decrevit , donec Constantinus Imperator bona adventitia profectiis separare voluit , patri duntaxat ususfructu & custodia atque administratione eorum retenta , dominio penes filium remanente , test . *Bellono Lib. 4. supput. cap. 5.*

S. II.

Cum igitur bona materna , absque omni dubitacionis alea ad bona filii adventitia numerentur , in quibus jura filium dominum esse constituant , ususfructu patre relicto , sequitur exinde filium omnia dominii jura exercere posse , modò ususfructus ille patri sit salvus . præprimis cum ususfructus hic non sit causalis , id est qui cum proprietate conjunctus est , & jure dominii habetur sed formalis & separatus a proprietate , hinc prædiuum rale a quoconque possessore filius vindicare potest , intellige si dominium itud morte matris vel alio modo in filium fuerit translatum .

S. III.

(5)

S. III.

Antequam autem longius procedamus quid sub vocabulo bonorum maternorum iura & praxis comprehendant, praemissae pauca re esse putavimus; Alia enim bona sunt per se Materna, qualia sunt dotalia, paraphernalia & receptitia, alia ex consuetudine certis locis introducta sunt materna, qualia de jure communi non sunt, puta bona constante matrimonio acquisita, quorum dimidietatem capit uxor in locis ubi haec consuetudo usu recepta deprehenditur, & hinc etiam filio heredi illa competit, de quibus post ea infra agetur.

S. IV.

De illis bonis quæ per se materna vocamus, aut si mavis quæ mater patri intulit, primo loco veniunt bona dotalia, quæ ad onera matrimonii eo melius sustinenda marito & patri dantur, & in hisjura patrem dominum esse volunt, *pr. J. Quib. alien. licet.* quamvis dominium hoc singularēm plane naturam habet, & revera non differt ab usufructu, nisi in hoc unico, quod maritus rem dotalem penes tertium existentem vindicare queat, *arg. l. 9. C. de R. V.* & maritus propter hoc dominium à præstatione cautionis liberatur, non vero usufructuarius, quare communiter dominium hoc utile vocare solent D. D. quod tamen revera non est, nam utilis dominus extraordinaria emolumenta etiam percipit, maritus solum capit ordinaria, id est fructus non extraordinaria v. g. thesaurum *l. 7. s. 12 ff. solut. matrim.* vides exinde maritum ratione dotis ab usufructuario parum & nihil, ferme dixerim differre, in *l. 75. ff. de jur. dor.* dicitur esse ipsius mulieris, alibi proprium mulieris patrimonium *l. 3. s. ergo s. ff. d. minor.* denique generaliter à Justiniano traditum est, res dotaes in dominio uxoris permanere *l. in rebus 30. C. de jure Dor.* Quod DD non uno modo componunt, distinguendo inter res estimatò in dotem datas & inestimatò, porro inter estimationem taxationis gratia, & venditionis gratia, cui sententia vero exinde subscribere non

possimus, quod constitutionem dotis plurimi DDres idoneum ad transferendum dominium titulum esse volunt, unde sequitur, ut tam rei inestimatae in dotem datus dominium quam estimatae in maritum transeat, modo thesis illa juris principis non contrarietur, & alienatio fundi dotalis ut effectus veri dominii marito non sit interdicta pr. J. Quib. alien. licet quod dominium illud planæ tollit, usum fructum marito saltim relinquat.

§. V.

Ultra dotem uxor & adhuc alia bona marito inferre solet, quæ communi nomine paraphernalia appellantur, & horum usum fructum etiam habet maritus, nullum tamen dominium l. g. §. 9. de jur. doe. Circa hæc bona primò notandum quod in dubio præsumantur, & in hoc à dotalibus & receptitiis, qualia sunt, quæ uxor recipit vel sibi reservavit, germanicè Spiel-Gelder, de quibus maritus neque dominium, neque usum fructum habet, differunt, ratio, quia dotalia & receptitia bona certum pacatum præsupponunt, quod in facto consistit, & ab allegante probandum text, in l. i. C. de doce cau. non num. displaceat ideo sententia eorum qui maritum ne quidem redditus horum honorum ius facere posse negant, quamquam non diffiteamur uxorem de iis in vito etiam marito relieto hoc solum usufructu durante matrimonio libere disponere posse, in quo sibi ipsi contrariari videtur, Gail, Præl. Obsrv. L. 2. O. 82. n. 4. Adde quod uxor ratione dotis jure prælationis gaudeat ante omnes mariti creditores quod verò secus in bonis paraphernalibus, ut pote in quibus jus tacitæ hypothecæ quod uxor habet, computetur solum à tempore illationis, ita ut concursu super bonis mariti moto, uxor in paraphernalibus, creditoribus anteriorem hypothecam habentibus postponatur.

§. VI.

Haec tenus quid pater juris habeat in bonis uxor, nunc scopo nostro propius, accedentes, filii jura evol.

va-

(7)

vamus , cum filius post obitum uxoris , matris suæ per-
sonam repræsentet , sequitur succedentem in locum et-
iam in jus matris succedere debere , hinc filius iisdem
gaudet privilegiis , quæ uxorem circa dotem & parapher-
nalia habere diximus , ac si mater adhuc vivat , idque
ex persona matris & jure in ipsum devoluto . Ex propria
persona post obitum matris filium omnia dominii jura
exercere posse § . 2 . Diff . nos diximus , hinc prima erit
quaestio , an filius vel ejus nomine alius puta filii Cura-
tor aut tutor patrem de inventario conficiendo circa ma-
terna adigere possit ? Certe si patriam potestatem talem
adhuc hodie haberemus , qualem in republica Romana
§ . 1 monstravimus , inutilis foret hæc quaestio , illa enim
neque obligationem neque actionem inter filium & pa-
trem esse patiebatur § . 6 . 7 . de Inuirl. stipulat , sed mutato Rei-
publicæ statu , & jura mutari coperunt ; & si ex dedu-
ctis hactenus , argumentari licet , utique filius vel Cu-
rator ejus patrem ad inventarium conficiendum conve-
nire poterit , cum devoluto in ipsum dominio morte ma-
tris optimus rerum suarum sit moderator & arbiter , nunc
vero quilibet dominus usum fructum alicui constituens
Inventarii confectionem postulare jure potest ; l . i . § . re-
de ff . usfruct . quemadmod . sed hunc (a) objicis usumfructum
quo pater in bonis filii adventitiis fruatur , lex constituit
qui plane alienus est à communi usu fructu (b) & non
reperitur in jure nostro dispositum , quod pater ad Inven-
tarii confectionem teneatur . Respondeo ad illud . non
video ob id usum fructum hunc à communi usufructu
differre quod lex eum patri constitutat , & si in hac legi
constitutione rationem differentia ponere velis , lex etiam
constituit res filii sartas tectas esse , quales per inventa-
rii confectionem conservantur , igitur qui vult finem
vult etiam media . Ad hoc nota patrem ab inventarii
confectione etiam nullibi exceptum esse , maximè cum
alleg l . i . § . rede ff . usfruct . quemadmod . pro regula sit o-
mnium fructuariorum , sic lege non distingue , nec
nostrum est distingue ,

§. VII.

Neque ad rem facit quod nobis obstare videatur patrem, quia nullas habeat rationes reddendas, ab Inventarii confectione immunem esse, utpote cuius fundamentum rationum redditionem esse volunt, quamvis absque ratione, Inventarii enim confectione duplē re-spicit finem, unum ob reddendas rationes, alterum ut olim is de cuius bonis Inventarium conficitur, quid suum sit sciat, sic quamquam ad illud pater non cogi poterit, tamen ob hoc & ab Inventarii confectione non liber est, plurimum, cum favor pupillorum & minorum in jure sit maximus. Pone etiam thesin illam de rationibus reddendis esse fundatam & suo niti fundamento, exinde tamen pater ab Inventarii confectione non liberabitur, neque usū fructuarius enim ad rationes reddendas compellitur, bene tamen ad Inventarium conficiendum, similiter orphanotrophus i.e. qui orphanorum tutor vel Curator est, non tenet rationes reddere, *i. orphanotrophos. C. de Episcop. & Cleric. Nov. 117. de Ecclesiast.* quia sunt patrum loco, & tamen orphanotrophi isti tenentur inventarium conficere, dicta *i.* ergo & pater tenetur, insuper Inventarii confectione patrem non onerat & prodest filio ergo faciendum *i. in summa. S. item. ff. de aqu. & aqu. pulv. arced.* ut saltem post mortem patris, scribi potest, quæ nam res filii fuerint maximè si post obitum primæ uxoris pater ad secunda vota transvolet, ubi plerumque fieri solet, quod bona confundantur, & exinde innumeras oriuntur lites inter filios prioris & posterioris matrimonii, ut plurimum de iis rebus in quibus pater quasi usumfructum habere dicitur, ad quas tollendas tutius est Inventarii confectione, & honestius, ut se se omni suspicione doli liberet, quod praxis etiam comprobatur, CARPZ. P. 2. C. 10. def. 10. quamvis non negem in Inventarii confectione subtilitates juris removeri deberi ob presumtionem juris quam pater pro se habet, quod liberis optime prospicere credatur.

S. IX.

Quid si vero pater Inventarii confectionem neglexerit, an etiam ad juramentum ut practici loquuntur manifestacionis tenebitur? & si communem practicorum regulam sequi volumus quod de omni illo de quo quis habet scientiam, juramentum deferri possit, atque manifesta turpitudinis esse nolle de eo jurare, utique tenebitur, & huius istud ex modo adductis, quæ de confidendo Inventario diximus, in cuius locum, si nullum contractum fuerit, juramentum manifestacionis succedit, moribus enim ita invaluit, nec à jure alienum est, ut non conficiens Inventarium, ejus loco juratam designationem exhibere opus habeat, *MEV. P. 6. D. 2. 6. n. 3.* Sed cum moderamine hæc de patre intelligas oportet, militat enim pro ipso præsumtio, quod liberos suos nullo modo ob affectum paternum defraudare possit, quæ vero Juris præsumtio in alterius persona cessat, hinc patri qui nullum Inventarium de bonis filii maternis confidere curavit, solummodo specificationem eorum exhibere injunctum meminimus, ita quidem, ut eam in casum juramento confirmare possit, wie er solche allenfalls eydlich bestärcken könne. Si vero in exhibenda tali specificatione pater dolosè versetur, & non omnia bona detegat, filiusque vel ejus Curator defectus istos probare poterit, tunc dictam juris præsumptionem pro patre cessare facit, & sic pater omnimodo ad juramentum manifestacionis & jure quidem recte compellitur.

S. IX.

Ad cautionem vero filio de bonis maternis præstandam, regulariter pater (a) ob reverentiam paternam (b) cum usumfructum in omnibus filii bonis adventitiis habeat, non tenebitur, *i. non solum S. hoc procul dubio. C. de bonis quæ lib. Andr. Rauchb. part. I. Quæst. 30. n. 24.*

B

Mo.

Modest. Pist. part. 1. Ques. 33. ratio est, quia hoc casu nihil interest domini vel hæreditis, quomodo ille utatur ea re, quæ omnino ipsius futura est, modo filio salva maneat substantia, preprimis, cum filio legalis constituta sit hypotheca in omnibus parentis bonis, nunc autem qui se mel satis dedit, amplius ad satis dandum compelli nequit, atque sic pater novo satisdandi onere gravari non potest; dixi regulariter, patrem ad cautionem præstandam non teneri, aliud fore, si pater bona immobilia non possideat, & suspicio dissipatiois subsit, tunc ipsi administratio bonorum penitus interdici potest, tantum abest ut ad cautionem præstandam non compelli pos sit. *Schurff. cent. 4. Conf. 20, n. 10.*

§. X.

Interdum tamen ususfructus hic, de quo haec tenus locuti sumus, patri adimi potest, puta, si mater vel avia expresse hoc modo Testamento disposuerit, quod facere potest. *Nov. 117. cap. I. & Aub. excipitur. Cod. de bonis que liber.* Atque hic recte dispositio homini cessare facit dispositionem legis, alimenta tamen ex bonis filii pater accipit hoc casu, si egret & inops est, *Böer. Decis. 61. n. 17.* neque aderito hoc usufructu patri administratio bonorum adimi potest, quod eleganter & erudit facit docuit *HARTM. PIST. Lib. 4. Q. II. n. B.* ubi addit limitationem, patrem administrantem bona hæc, perinde ut quilibet alias rationem reddere debere; excipe casum si testator in Testamento aliter disposuerit, & bonis particularem Curatorem dederit, ac patri cum usufructu simul administrationem ademerit, quod facere potest. *PETR. HEIG. Q. 12, n. 10.*

§. XI.

Dicta haec tenus ita obtinunt, quam diu mater de bonis suis non aliter disposuerit, quod ipsi liberum est, ita

itā ut omnia bona relicta solum filio legitima per testamento vel alio modo ad extraneum transmittere possit; Sic maritum suum cum filio simul heredem scribere potest, uti communiter fieri solet in Testamentis conjugum reciprocis. Sed queritur hic, an pater de bonis istis à Conjugē defunctā vel per Testamentum, vel alio modo acquisitis iterum disponere, & filio illa adimere, & in extraneum transferre possit? Ubi duo casus distinguendi, vel pater post obitum uxoris in viduatu permanet, vel ad secunda vota transit, illo casu dum morte Testatrix dominium fuit translatum, utique patri liberum est de bonis hisce testari, hoc vero casu iura aliter volunt, & in peñam secundarum nuptiarum, pater liberis bona à priore conjuge acquisita conservare debet. argum. l. 3. C. de Secund. Nupt. Neque inter est quo-cunque Titulo pater bona illa fuerit, consecutus, non quidem quod secunda nuptia sint prohibita vel in earumdem odium sed ad utilitatem liberorum ex prioribus nuptiis susceptorum, quibus maximè prospicere volunt leges, ne iis injuria fiat. PEREZ. IN COD. LIB. 5. TIT. 9. S. 6.

§. XII.

Sequitur exinde dum pater proprietatem earum rerum amittit, quod etiam amplius de iisdem disponere non possit, neque minimum transferre, vel per Testamentum, vel ab Intestato, hinc prioris conjugii filius, cum liberis posterioris matrimonii illa bona, qua mater defuncta per Testamentum patri designaverat, atque supervenientibus secundis nuptiis in filium iterum recidere tanquam paterna dividere non tenetur, sed sola ista sibi retinet, quod contra factum patris, attentatum est, atque pro infecto habetur, adeò, ut post obitum ejus, prioris conjugii filius bona illa sua materna, à novera, & quocunque possessore, atque extantia quidem vindicare non extantia vero condicione sine causa petere

B 2

pos-

possit, GOTHOFR. IN D. L. 3. C. de SECUND. NUPT. nulla temporis, nisi triginta annorum præscriptione obstante, ita quidem, ut & hoc casu vindicanti res maternas filio non objici possit, quod ut hæres & quidem suus ac necessarius, defuncti parentis facta præstare teneatur, l. cum à matre C. de R. V. I. ex qua persona ff. de R. I. nam in vindicandis bonis maternis, post obitum parentis, hæreditaria bonorum successio non attenditur, sed illis indifferenter sive utriusque, sive alterutri, sive neutri hæredes extiterint vindicatio competit. PFEIL. CONS. 17. N. 2.

§. XIII.

Atque rationi etiam non neque æquitati contrariantur quæ modò diximus, etenim cum præprimis attentenda sit voluntas Testatoris, & ultra casum de quo non cogitaverit, illa non sit extendenda, de hoc vero casu non presumatur mater cogitasse, quod bona sua post obitum mariti in alias manus veniant, & in filium ne devolvantur, maximè cum uti plerumque evenire solet, quod novercæ privignos minime current, & tantum non, si liceret, eos plane extirparent, odioque ipsos prosequuntur, ergo etiam ultra casum quod maritus superstes tantum habere debeat, quantum ipsi mater designaverat, verba testamenti extendi non debent, quod ita verum est, ut & superstes maritus secundò contrahens bona quæ ex successione liberorum consequitur, reliquis eisdem matrimonii liberis reservare teneatur l. 3. §. fin. C. de secund. Nupt. nec ea alienare possit, videlicet, si ab Intestato succederit, aliud autem foret si ex testamento filii illa perceperit, hoc casu enim non ut conjux, sed ut quilibet alias extraneus hæres cepit, & filius remisisse injuriam creditur, Autb. ex Testament. C. de secund. Nupt.

§. XIV.

§. XIV.

Neque solum ea, quæ ex Testamento matris patrii relicta erant, si ad secunda vota transvolat, filiis prioris matrimonii salvæ manent, sed & omnia lucra ex Nov. 98. atque integra quo ad proprietatem liberis ejusdem matrimonii conservare tenetur, sive ad secundas nuptias convolasset sive non, quod tamen postea in *Aub. C. de Secund. Nupt.* & *Nov. 127.* ità immutatum ut quando secundis nuptiis abstinet, præter usumfructum lucretur etiam tantum proprietatis quantum unus filiorum, quam portionem, si non alienaverit, quasi servasse liberis ejusdem matrimonii creditur, quam materiam fusius traçavit *COTHM. Conf. 45. num. 58. vol. 3.* Jure Lubecensi plane per statutum istud provisum est, quod cum parentes secundo nubens non dividit cum liberis, nec eos separat, sed liberos secum sub communione retinet, ut quo ad vivat, omnia quidem bona sine ulla exceptione retineat, sed ea lege, ut moriens liberis primi matrimonii successionem in designata virili parte sartam testam relinquit, quæ nullo jure eis afferri & imminui valeat. *MEV. ad Jus Lubecens. P. 2. Artic. 28. n. 52.* Et quamquam allegati *Textus Codicis communiter de matre ad secundas nuptias transiente, loquantur, ex intenditate tamen rationis ea etiam in patre obtinent. BRUNNEM. In Cod. ad l. 3. C. de Secund. Nuptiis.*

§. XV.

Bona materna inter bona per se, & ex consuetudine talia §. 3. distinximus, de illis hactenus quid juris sit vidimus nunc hæc ordo tangit, de quibus pauca adhuc subjiciemus. Vocavimus autem bona hæc, constante matrimonio acquisita, vulgo erworben und errungen Guth, & de his ex consuetudine certorum locorum dimidiatem uterque capit *Conjux*, sive maritus sive uxor sit,

quamvis consuetudinaria hæc lex, magis in favorem mulierum quam virorum introducta sit, maximè cum inter mille vix una reperiatur uxor, quæ marito in acquirendis bonis operam præstare posset, hinc multis dura videbitur hæc observantia, præprimis cum etiam uxoris collaterales in ista dimidietate ipsi succedant, quod argere credo ex mente legislatoris fieri, etenim mea quidem sententia, observantia hæc eum in finem introducta est, ne uxor ancilla instar de domo mariti post ejus obitum vel vice versa maritus decadere teneatur, & post mortem ejusdem habeat unde vivere possit, tum etiam, ut uxores in bonis maritorum eo meliorem adhibeant diligentiam, ne dissipentur, cum vero sepulis conjugibus finis ille, & ratio legis cetera, etiam legis dispositio cessare deberet, maxime cum admodum lugubre & dolorosum sit, videre bona multa atque sola sua diligentia acquisita in alienos, & ut plurimum eorum manus devenire, qui nobis pro adhibito studio & sudore ne minimas habere solent gratias, quin potius nos quovis modo odio prosequantur, multumque nobis creent molestia.

§. XVI.

Consuetudine autem ita indurata, lex etiam si sit, dura, tamen est servanda i. prospexit §. i. ff. qui & à quibus manum, neque amplius nostrum est de fine & ratione legis disceptare, sed solummodo quid juris in praxi certis casibus circa acquisita sit, videamus. Hic autem primitus observavimus consuetudinem di Etiam, præsumtione illam juris quam alias maritus pro se habet, quod omnia bona sint moritalia i. si. ff. de donat, intervir. & uxor. plane delere, adeo ut & maritus acquistatum negans, contrarium probare teneatur, & ita quidem, quod de suo istud acquisiverit, das questione Etiam aus seinem propren Mitteln geschafft, idque ex similitudine contractus societatis, qui per contractum matrimonium inter

virum & uxorem initus censetur *COTHM. Conf. 24. n. 27.*
Vol. 4. ubi quicquid acquiritur, non ex re unius socii sed
 ex communis substantia acquisitum esse creditur, quod
 ita verum est, ut etiam sententia hæc ad matrimonium
 putativum extendatur, per *TEXT. IN C. DE DONAT.*
INTER VIRUM ETUXOR. Cum igitur substrata mate-
 ria ex titulo *ff* & *C. Pro Socio*, intelligi debeat, siquidem
 in *l. Adversus C. Expilate hered.* uxor Socia mariti appella-
 tur, & plurimi casus exinde decidi debeant, sequitur
 uxorem dimidietatem hanc confiscatis etiam mariti bo-
 nis salvam habere, modo delicti non sit correæ, pena
 enim non esse debet, ubi non est delictum *l. si tutor pa-*
pillum 3. de legat. unusquisque enim pro suo peccato mo-
 rietur *Numeror. 27.* tantum abest, quin potius uxor dimi-
 dierat istam postulare possit, post delictum commis-
 sum, puta in criminis hypostafiaz & hereticæ pravitatis
 etenim certum est, quod quoties socius ob superveniens
 aliquod lacrum, callide & intempestivè societati renun-
 ciet, communicare teneatur non solum bona, quæ antea
 fuerunt acquisita, sed etiam acquisita, postquam renun-
 ciatum est societati *l. si socius § fin. Pro socio.* cum ergo
 committit ejusmodi delictum maritus, callide id facit,
 & intempestivè, nam alias non esset delictum *l. i. C. ad*
Leg. Corn. de sciar. antequam societas conjugalis fuerit fo-
 luta, idem præstare tenebirur.

§. XVII.

Intellige ista uti *s. præced.* diximus si uxor non pâr-
 ticeps sit delicti mariti, & matrimonium ita fit compara-
 tum, ut de jure constare possit, sin minus dicta de acqui-
 sitis non habet locum, sic ubi potest esse vir & uxor, uti
 ibidem & matrimonium, & hoc cessante, & matrimonio-
 num cesset *l. si quis inceps. C. de inceps Nuptiis,* hinc cum in-
 ter maritum fidelem & uxorem infidelem nullum sit ma-
 trimonium, & de jure improbatum *l. ne quis C. de Judeo,*

Se-

Sequitur omnia matrimonii jura constare debere, ergo & acquisita. Ceterum cum sub vocabulo acquisitorum non solum contineantur ea, qua opera parata sunt, sc. prædia immobilia item pecudes, & res corporales, sed quodvis unde utilitas aliqua in conjuges retundare & conditio eorum potest reddi melior & sic debita ante matrimonium contracta, & constante matrimonio soluta, ad acquisita connumerari meminimus & dimidietatem pretii uxori capit, imo etiam omnium sumptuum in res & prædia maritalia factas, quatenus illa ipsis fueru meliorata pro dimidia parte communicantur, insimulque omnia nomina activa.

§. XVIII.

Illud autem quod supra dictum est, quod inter conjuges tacite videatur contracta quadam societas, propter quam lucra acquisita constante matrimonio per alterum eorum veniunt communicanda, intellige etiam in damnis. Lucrum enim est deducto damno l.s. ff. de in rom. vers. l. sed si adjiciatur ff. pro socio. Nam omne debitum constante matrimonio contractum, per ipsos comunicata fas est, licet solus maritus debitum contrahat, nihilominus uxor tenebitur ad dimidietatem debiti, quod si uxor una cum marito tanquam duo rei debendi insolendum se obligent pro debito, & illud petatur à sola uxore, ipsa tenebitur ad totum debitum, quia cum vult habere partem in lucris, similiter debet participare in debitis seu dandis, quod & rationi consentaneum satis est, siquidem dum locii sunt, ut supra dictum est, proprium est societatis, quod lucra & damna dividantur, l. si merces. §. via major. ff. locati. Quamvis non meminerim in foris Hassiacis quibus studia nostra consecravimus, casum obvenisse & ibi judicatum esse, uxorem dimidium debiti exsolvere debere, quod constante matrimonio contractum est, sed ibi omne æs alienum dedu-

(17)

ducere , & residuum pro acquisito reputare siveverunt ; certè si casus existeret , ita ut nihil plane de substantia mariti restet , vel illa non sufficiat ad exsolvenda debita constante matrimonio contracta , argumento LL . adductarum uxor teneretur creditoribus pro dimidia parte satisfacere , nisi forsitan uxor , vel filius ejus abstinere velit à lucris , nam tunc non tenebitur ad debita . *I. cum antiquioribus. C. de Jure desiber. secus foret si uxor vel filius hereditati maritali se immiscuerit , quod creditori probare liberum est.*

§. XIX.

Neque tamen uxor medietatem horum lucrorum , quæ ipsi durante matrimonio obvenire diximus , durante ad hoc matrimonio & dum maritus vivit , postulare potest , etenim hoc casu nullum jus , nullam potestatem , nullamque administrationem , dominium , neque possessionem habere dicitur , neque illorum lucrorum fieri potest divisio , nedum actionem uxor habebit contra maritum , per quam posset maritum compellere & provocare ad divisionem illorum lucrorum , cum uxor & maritus sint socii *I. i. ff. de R. N. & sociis durante societate , contra socium non habere actionem constat I. tam diu C. Pro socio.* Soluto autem matrimonio morte , filius dimidiatatem hancce à patre postulare poterit , retento patrem nihilominus usufructu & administratione , dixi morte , si enim divortio & quidem culpa uxoris matrimonium fuerit solutum , puta si commiserit adulterium , tunc non videntur bona acquisita communicari arg . *I. s. ff. unde vir & uxor.* Secus foret , si separatio solum quoad mensam & thorum intervenerit , retento honore matrimonii , uti per hoc matrimonium non dirimitur , lucra utique communicari debent .

C

§. XX.

§. XX.

Jura filii circa bona materna dum tractamus , cum post obitum matris , uti initio dissertationis nostræ monimus , in locum ejus succedat , in jus etiam succedere illum consequens est , & hinc iisdem privilegiis gaudet ; Coronidis loco unicum saltem casum adjicere placet , de bonis durante viduitate matris acquisitis , ubi distinguendum est , an prioris matrimonii filius fuerit segregatus , aut non , priori casu , demonstrata primarum nuptiarum liberorum segregatione , etiam quoad successionem maternam facta , habentur pro emancipatis , quod juri consentaneum est , cum quod suum est ante percepérint & amplius accipere non possint , l. si non mortis . ff. De in offic. Testam . & idem non bis exigi posfit , posteriori autem casu hæreditatem maternam cum omni occasione & causa inter utriusque connubii liberos ex æquo in capita dividendam esse judicamus , quod etiam praxis comprobat JOACHIM. MYNSING. RESP. 33. N. 3. WESENB. CONS. 23. N. 57. Plura de hac materia addere , & tempus & instituti nostri ratio permettere noluit , hinc pedem hic figimus , atque quod super est dili-
gentiori studio lubens relin-
quimus.

F I N I S.

CO-

COROLLARIA.

1. Acquisita constante matrimonio
moribus Hassiacis reputantur
pro ære alieno uxori post obi-
tum inariti ab hæredibus exsol-
vendo.
2. In Casu ubi ex duobus matrimo-
niis liberi adsunt, omnes simul in
exsolvendis bonis constante ma-
trimonio acquisitis matri, con-
currunt, & quilibet eorum pro
rata tenentur:
3. De quo Testator præsumtivè
non cogitavit, ultra illud verba
Testamenti non sunt extenden-
da.

COEGIARIA
I
B
D
C
E
G
H
I
L
M
N
O
P
R
S
T
U
V
W
X
Y
Z


TA-OC (1+12)

56.

ULB Halle
004 997 492

3





1919
109
1

DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS,
DE
BONIS
MATERNIS,
QVAM,
DEO TER OPTIMO MAXIMO CLEMENTER
ADJUVANTE
AC
*ANNUENTE NOBILISSIMO ET AMPLIS-
SIMO JURISCONSULTORUM COLLEGIO IN ALMA AC
PERANTIQUA ACADEMIA ELECTORALI ERFURTENSI*
PRO LICENTIA
SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES ET PRIVI-
LEGIA DOCTORALIA RITE ET SOLENNITER
CONSEQUENDI,
IN AUDITORIO JCTORUM MAJORI,
AD DIEM III. MAJI M DCC XIX.
HORIS CONVENTIS.
PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI
SURMITTIT
AUCTOR ET RESPONDENS
GEORG. FRID. AMBROSIUS,
HASSO - SMALCALDENSIS IBIDEMQUE PRACTICUS.

ERFORDIAE, Typis JOHANNIS HENRICI GROSCHII, Academiarum Typographi.